24:34 So shall thy poverty come as one that travelleth; and  
thy want as an armed man.

25:1 These are also proverbs of Solomon, which the men  
of Hezekiah king of Judah copied out.

25:2 It is the glory of God to conceal a thing: but the hon-  
our of kings is to search out a matter.

25:3 The heaven for height, and the earth for depth, and  
the heart of kings is unsearchable.

25:4 Take away the dross from the silver, and there shall  
come forth a vessel for the finer.

25:5 Take away the wicked from before the king, and his  
throne shall be established in righteousness.

25:6 Put not forth thyself in the presence of the king, and  
stand not in the place of great men:

25:7 For better it is that it be said unto thee, Come up  
hither; than that thou shouldst be put lower in the pres-  
ence of the prince whom thine eyes have seen.

25:8 Go not forth hastily to strive, lest thou know not what  
to do in the end thereof, when thy neighbour hath put thee  
to shame.

25:9 Debate thy cause with thy neighbour himself; and  
discover not a secret to another:

25:10 Lest he that heareth it put thee to shame, and thine  
infamy turn not away.

25:11 A word fitly spoken is like apples of gold in pictures  
of silver.

25:12 As an earring of gold, and an ornament of fine gold,  
so is a wise reproof upon an obedient ear.

25:13 As the cold of snow in the time of harvest, so is a  
faithful messenger to them that send him: for he refresheth  
the soul of his masters.

25:14 Whoso boasteth himself of a false gift is like clouds  
and wind without rain.

25:15 By long forbearing is a prince persuaded, and a soft  
tongue breaketh the bone.

## Biblia Sacra Vulgata

25:16 Hast thou found honey? eat so much as is sufficient for thee, lest thou be filled therewith, and vomit it.

25:17 Withdraw thy foot from thy neighbour's house; lest he be weary of thee, and so hate thee.

25:18 A man that beareth false witness against his neighbour is a maul, and a sword, and a sharp arrow.

25:19 Confidence in an unfaithful man in time of trouble is like a broken tooth, and a foot out of joint.

25:20 As he that taketh away a garment in cold weather, and as vinegar upon nitre, so is he that singeth songs to an heavy heart.

25:21 If thine enemy be hungry, give him bread to eat; and if he be thirsty, give him water to drink:

25:22 For thou shalt heap coals of fire upon his head, and the LORD shall reward thee.

25:23 The north wind driveth away rain: so doth an angry countenance a backbiting tongue.

25:24 It is better to dwell in the corner of the housetop, than with a brawling woman and in a wide house.

25:25 As cold waters to a thirsty soul, so is good news from a far country.

25:26 A righteous man falling down before the wicked is as a troubled fountain, and a corrupt spring.

25:27 It is not good to eat much honey: so for men to search their own glory is not glory.

25:28 He that hath no rule over his own spirit is like a city that is broken down, and without walls.

26:1 As snow in summer, and as rain in harvest, so honour is not seemly for a fool.

26:2 As the bird by wandering, as the swallow by flying, so the curse causeless shall not come.

26:3 A whip for the horse, a bridle for the ass, and a rod for the fool's back.

26:4 Answer not a fool according to his folly, lest thou also be like unto him.

26:5 Answer a fool according to his folly, lest he be wise in his own conceit.

26:6 He that sendeth a message by the hand of a fool cutteth off the feet, and drinketh damage.

26:7 The legs of the lame are not equal: so is a parable in the mouth of fools.

26:8 As he that bindeth a stone in a sling, so is he that giveth honour to a fool.

26:9 As a thorn goeth up into the hand of a drunkard, so is a parable in the mouths of fools.

26:10 The great God that formed all things both rewardeth the fool, and rewardeth transgressors.

confringet duritiam 25:16 mel inuenisti comede quod sufficit tibi ne forte saturatus euomas illud 25:17 subtrahe pedem tuum de domo proximi tui nequando satiatus oderit te 25:18 iaculum et gladius et sagitta acuta homo qui loquitur contra proximum suum testimonium falsum 25:19 dens putridus et pes lapsus qui sperat super infideli in die angustiae 25:20 et amittit pallium in die frigoris acetum in nitro et qui cantat carmina cordi pessimo 25:21 si esurierit inimicus tuus ciba illum et si sitierit da ei aquam bibere 25:22 prunam enim congregabis super caput eius et Dominus reddet tibi 25:23 uentus aquilo dissipat pluuias et facies tristis linguam detrahentem 25:24 melius est sedere in angulo domatis quam cum muliere litigiosa et in domo communi 25:25 aqua frigida animae sitiendi et nuntius bonus de terra longinqua 25:26 fons turbatus pede et uena corrupta iustus cadens coram impio 25:27 sicut qui mel multum comedit non est ei bonum sic qui scrutator est maiestatis opprimitur gloria 25:28 sicut urbs patens et absque murorum ambitu ita uir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum

26:1 quomodo nix aestate et pluua in messe sic indecens est stulto gloria 26:2 sicut auis ad alia transuolans et passer quolibet uadens sic maledictum frustra prolatum in quempiam superueniet 26:3 flagellum equo et camus asino et uirga dorso imprudentium 26:4 ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam ne efficiaris ei similis 26:5 responde stulto iuxta stultitiam suam ne sibi sapiens esse uideatur 26:6 claudus pedibus et iniquitatem bibens qui mittit uerba per nuntium stultum 26:7 quomodo pulchras frustra habet claudus tibias sic indecens est in ore stultorum parabola 26:8 sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurii ita qui tribuit insipienti honorem 26:9 quomodo si spina nascatur in manu temulenti sic parabola in ore stultorum 26:10 iudicium determinat causas et qui inponit stulto silentium iras

## Liber Prouerbiorum

mitigat 26:11 sicut canis qui reuertitur ad uomitum suum  
sic imprudens qui iterat stultitiam suam 26:12 uidisti hominem  
sapientem sibi uideri magis illo spem habebit stultus  
26:13 dicit piger leaena in uia leo in itineribus 26:14 sicut  
ostium uertitur in cardine suo ita piger in lectulo suo 26:15  
abscondit piger manus sub ascellas suas et laborat si ad os  
suum eas conuerterit 26:16 sapientior sibi piger uidetur se-  
ptem uiris loquentibus sententias 26:17 sicut qui adprehen-  
dit auribus canem sic qui transit et inpatiens commiscetur  
rixae alterius 26:18 sicut noxius est qui mittit lanceas et sa-  
gittas et mortem 26:19 sic uir qui fraudulenter nocet amico  
suo et cum fuerit deprehensus dicit ludens feci 26:20 cum  
defecerint ligna extinguetur ignis et susurrone subtracto iur-  
gia conquiescunt 26:21 sicut carbones ad prunam et ligna  
ad ignem sic homo iracundus suscitatur rixas 26:22 uerba su-  
surrone quasi simplicia et ipsa perueniunt ad intima uentris  
26:23 quomodo si argento sordido ornare uelis uas fictile sic  
labia tumentia cum pessimo corde sociata 26:24 labiis suis  
intellegitur inimicus cum in corde tractauerit dolos 26:25  
quando submiserit uocem suam ne credideris ei quoniam se-  
ptem nequitiae sunt in corde illius 26:26 qui operit odium  
fraudulenter reuelabitur malitia eius in concilio 26:27 qui  
fodit foueam incidet in eam et qui uoluit lapidem reuertetur  
ad eum 26:28 lingua fallax non amat ueritatem et os lubri-  
cum operatur ruinas

27:1 ne glorieris in crastinum ignorans quid superuentura  
pariat dies 27:2 laudet te alienus et non os tuum extraneus  
et non labia tua 27:3 graue est saxum et onerosa harena sed  
ira stulti utroque grauior 27:4 ira non habet misericordiam  
nec erumpens furor et impetum concitati ferre quis poterit  
27:5 melior est manifesta correptio quam amor absconditus  
27:6 meliora sunt uulnera diligentis quam fraudulenta odien-  
tis oscula 27:7 anima saturata calcabit fauam anima esu-

26:11 As a dog returneth to his vomit, so a fool returneth to his folly.

26:12 Seest thou a man wise in his own conceit? there is more hope of a fool than of him.

26:13 The slothful man saith, There is a lion in the way; a lion is in the streets.

26:14 As the door turneth upon his hinges, so doth the slothful upon his bed.

26:15 The slothful hideth his hand in his bosom; it grieveth him to bring it again to his mouth.

26:16 The sluggard is wiser in his own conceit than seven men that can render a reason.

26:17 He that passeth by, and meddleth with strife belonging not to him, is like one that taketh a dog by the ears.

26:18 As a mad man who casteth firebrands, arrows, and death,

26:19 So is the man that deceiveth his neighbour, and saith, Am not I in sport?

26:20 Where no wood is, there the fire goeth out: so where there is no talebearer, the strife ceaseth.

26:21 As coals are to burning coals, and wood to fire; so is a contentious man to kindle strife.

26:22 The words of a talebearer are as wounds, and they go down into the innermost parts of the belly.

26:23 Burning lips and a wicked heart are like a potsherd covered with silver dross.

26:24 He that hateth dissembleth with his lips, and layeth up deceit within him;

26:25 When he speaketh fair, believe him not: for there are seven abominations in his heart.

26:26 Whose hatred is covered by deceit, his wickedness shall be shewed before the whole congregation.

26:27 Whoso diggeth a pit shall fall therein: and he that rolleth a stone, it will return upon him.

26:28 A lying tongue hateth those that are afflicted by it; and a flattering mouth worketh ruin.

27:1 Boast not thyself of to morrow; for thou knowest not what a day may bring forth.

27:2 Let another man praise thee, and not thine own mouth; a stranger, and not thine own lips.

27:3 A stone is heavy, and the sand weighty; but a fool's wrath is heavier than them both.

27:4 Wrath is cruel, and anger is outrageous; but who is able to stand before envy?

27:5 Open rebuke is better than secret love.

27:6 Faithful are the wounds of a friend; but the kisses of an enemy are deceitful.

27:7 The full soul loatheth an honeycomb; but to the hungry soul every bitter thing is sweet.

# Biblia Sacra Vulgata

27:8 As a bird that wandereth from her nest, so is a man that wandereth from his place.

27:9 Ointment and perfume rejoice the heart: so doth the sweetness of a man's friend by hearty counsel.

27:10 Thine own friend, and thy father's friend, forsake not; neither go into thy brother's house in the day of thy calamity: for better is a neighbour that is near than a brother far off.

27:11 My son, be wise, and make my heart glad, that I may answer him that reproacheth me.

27:12 A prudent man foreseeth the evil, and hideth himself; but the simple pass on, and are punished.

27:13 Take his garment that is surety for a stranger, and take a pledge of him for a strange woman.

27:14 He that blesseth his friend with a loud voice, rising early in the morning, it shall be counted a curse to him.

27:15 A continual dropping in a very rainy day and a contentious woman are alike.

27:16 Whosoever hideth her hideth the wind, and the ointment of his right hand, which betrayeth itself.

27:17 Iron sharpeneth iron; so a man sharpeneth the countenance of his friend.

27:18 Whoso keepeth the fig tree shall eat the fruit thereof: so he that waiteth on his master shall be honoured.

27:19 As in water face answereth to face, so the heart of man to man.

27:20 Hell and destruction are never full; so the eyes of man are never satisfied.

27:21 As the fining pot for silver, and the furnace for gold; so is a man to his praise.

27:22 Though thou shouldst bray a fool in a mortar among wheat with a pestle, yet will not his foolishness depart from him.

27:23 Be thou diligent to know the state of thy flocks, and look well to thy herds.

27:24 For riches are not for ever: and doth the crown endure to every generation?

27:25 The hay appeareth, and the tender grass sheweth itself, and herbs of the mountains are gathered.

27:26 The lambs are for thy clothing, and the goats are the price of the field.

27:27 And thou shalt have goats' milk enough for thy food, for the food of thy household, and for the maintenance for thy maidens.

28:1 The wicked flee when no man pursueth: but the righteous are bold as a lion.

28:2 For the transgression of a land many are the princes thereof: but by a man of understanding and knowledge the state thereof shall be prolonged.

riens et amarum pro dulce sumet 27:8 sicut auis transmigrans de nido suo sic uir qui relinquit locum suum 27:9 unguento et uariis odoribus delectatur cor et bonis amici consiliis anima dulcoratur 27:10 amicum tuum et amicum patris tui ne dimiseris et domum fratris tui ne ingrediaris in die adfflictionis tuae melior est uicinus iuxta quam frater procul 27:11 stude sapientiae fili mi et laetifica cor meum ut possim exprobranti respondere sermonem 27:12 astutus uidens malum absconditus est paruuli transeuntes sustinere dispendia 27:13 tolle uestimentum eius qui spondit pro extraneo et pro alienis auferto pignus 27:14 qui benedicit proximo suo uoce grandi de nocte consurgens maledicenti similis erit 27:15 tecta perstillantia in die frigoris et litigiosa mulier comparantur 27:16 qui retinet eam quasi qui uentum teneat et oleum dexterarum suarum uocabit 27:17 ferrum ferro acuitur et homo exacuit faciem amici sui 27:18 qui seruat ficum comedet fructus eius et qui custos est domini sui glorificabitur 27:19 quomodo in aquis resplendent uultus prospicientium sic corda hominum manifesta sunt prudentibus 27:20 infernus et perditio non replentur similiter et oculi hominum insatiabiles 27:21 quomodo probatur in conflatorio argentum et in fornace aurum sic probatur homo ore laudantis 27:22 si contuderis stultum in pila quasi tisanas feriente desuper pilo non auferetur ab eo stultitia eius 27:23 diligenter agnosce uultum pecoris tui tuosque greges considera 27:24 non enim habebis iugiter potestatem sed corona tribuetur in generatione generationum 27:25 aperta sunt prata et apparuerunt herbae uirentes et collecta sunt faena de montibus 27:26 agni ad uestimentum tuum et hedi agri pretium 27:27 sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos in necessaria domus tuae et ad uictum ancillis tuis

28:1 fugit impius nemine persequente iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit 28:2 propter peccata ter-

## Liber Prouerbiorum

rae multi principes eius et propter hominis sapientiam et horum scientiam quae dicuntur uita ducis longior erit 28:3 uir pauper calumnians pauperes similis imbri uehementi in quo paratur fames 28:4 qui derelinquunt legem laudant impium qui custodiunt succenduntur contra eum 28:5 uiri mali non cogitant iudicium qui autem requirunt Dominum animaduertunt omnia 28:6 melior est pauper ambulans in simplicitate sua quam diues prauis itineribus 28:7 qui custodit legem filius sapiens est qui pascit comesatores confundit patrem suum 28:8 qui coaceruat diuitias usuris et fenore liberali in pauperes congregat eas 28:9 qui declinat aurem suam ne audiat legem oratio eius erit execrabilis 28:10 qui decipit iustos in uia mala in interitu suo corruiet et simplices possidebunt bona 28:11 sapiens sibi uidetur uir diues pauper autem prudens scrutabitur eum 28:12 in exultatione iustorum multa gloria regnantibus impiis ruinae hominum 28:13 qui abscondit scelera sua non dirigetur qui confessus fuerit et reliquerit ea misericordiam consequetur 28:14 beatus homo qui semper est pauidus qui uero mentis est durae corruiet in malum 28:15 leo rugiens et ursus esuriens princeps impius super populum pauperem 28:16 dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam qui autem odit auaritiam longi fient dies eius 28:17 hominem qui calumniatur animae sanguinem si usque ad lacum fugerit nemo sustentet 28:18 qui ambulat simpliciter saluus erit qui peruersis ingreditur uiis concidet semel 28:19 qui operatur terram suam saturabitur panibus qui sectatur otium replebitur egestate 28:20 uir fidelis multum laudabitur qui autem festinat ditari non erit innocens 28:21 qui cognoscit in iudicio faciem non facit bene iste et pro buccella panis deserit ueritatem 28:22 uir qui festinat ditari et aliis inuidet ignorat quod egestas superueniat ei 28:23 qui corripit hominem gratiam postea inueniet apud eum magis quam ille qui per linguae

28:3 A poor man that oppreseth the poor is like a sweeping rain which leaveth no food.

28:4 They that forsake the law praise the wicked: but such as keep the law contend with them.

28:5 Evil men understand not judgment: but they that seek the LORD understand all things.

28:6 Better is the poor that walketh in his uprightness, than he that is perverse in his ways, though he be rich.

28:7 Whoso keepeth the law is a wise son: but he that is a companion of riotous men shameth his father.

28:8 He that by usury and unjust gain increaseth his substance, he shall gather it for him that will pity the poor.

28:9 He that turneth away his ear from hearing the law, even his prayer shall be abomination.

28:10 Whoso causeth the righteous to go astray in an evil way, he shall fall himself into his own pit: but the upright shall have good things in possession.

28:11 The rich man is wise in his own conceit; but the poor that hath understanding searcheth him out.

28:12 When righteous men do rejoice, there is great glory: but when the wicked rise, a man is hidden.

28:13 He that covereth his sins shall not prosper: but whoso confesseth and forsaketh them shall have mercy.

28:14 Happy is the man that feareth alway: but he that hardeneth his heart shall fall into mischief.

28:15 As a roaring lion, and a ranging bear; so is a wicked ruler over the poor people.

28:16 The prince that wanteth understanding is also a great oppressor: but he that hateth covetousness shall prolong his days.

28:17 A man that doeth violence to the blood of any person shall flee to the pit; let no man stay him.

28:18 Whoso walketh uprightly shall be saved: but he that is perverse in his ways shall fall at once.

28:19 He that tilleth his land shall have plenty of bread: but he that followeth after vain persons shall have poverty enough.

28:20 A faithful man shall abound with blessings: but he that maketh haste to be rich shall not be innocent.

28:21 To have respect of persons is not good: for for a piece of bread that man will transgress.

28:22 He that hasteth to be rich hath an evil eye, and considereth not that poverty shall come upon him.

28:23 He that rebuketh a man afterwards shall find more favour than he that flattereth with the tongue.

# Biblia Sacra Vulgata

28:24 Whoso robbeth his father or his mother, and saith, It is no transgression; the same is the companion of a destroyer.

28:25 He that is of a proud heart stirreth up strife: but he that putteth his trust in the LORD shall be made fat.

28:26 He that trusteth in his own heart is a fool: but whoso walketh wisely, he shall be delivered.

28:27 He that giveth unto the poor shall not lack: but he that hideth his eyes shall have many a curse.

28:28 When the wicked rise, men hide themselves: but when they perish, the righteous increase.

29:1 He, that being often reproved hardeneth his neck, shall suddenly be destroyed, and that without remedy.

29:2 When the righteous are in authority, the people rejoice: but when the wicked beareth rule, the people mourn.

29:3 Whoso loveth wisdom rejoiceth his father: but he that keepeth company with harlots spendeth his substance.

29:4 The king by judgment establisheth the land: but he that receiveth gifts overthroweth it.

29:5 A man that flattereth his neighbour spreadeth a net for his feet.

29:6 In the transgression of an evil man there is a snare: but the righteous doth sing and rejoice.

29:7 The righteous considereth the cause of the poor: but the wicked regardeth not to know it.

29:8 Scornful men bring a city into a snare: but wise men turn away wrath.

29:9 If a wise man contendeth with a foolish man, whether he rage or laugh, there is no rest.

29:10 The bloodthirsty hate the upright: but the just seek his soul.

29:11 A fool uttereth all his mind: but a wise man keepeth it in till afterwards.

29:12 If a ruler hearken to lies, all his servants are wicked.

29:13 The poor and the deceitful man meet together: the LORD lighteneth both their eyes.

29:14 The king that faithfully judgeth the poor, his throne shall be established for ever.

29:15 The rod and reproof give wisdom: but a child left to himself bringeth his mother to shame.

29:16 When the wicked are multiplied, transgression increaseth: but the righteous shall see their fall.

29:17 Correct thy son, and he shall give thee rest; yea, he shall give delight unto thy soul.

29:18 Where there is no vision, the people perish: but he that keepeth the law, happy is he.

blandimenta decipit 28:24 qui subtrahit aliquid a patre suo et matre et dicit hoc non est peccatum particeps homicidae est 28:25 qui se iactat et dilatat iurgia concitat qui sperat in Domino saginabitur 28:26 qui confidit in corde suo stultus est qui autem graditur sapienter iste saluabitur 28:27 qui dat pauperi non indigebit qui despicit deprecantem sustinebit penuriam 28:28 cum surrexerint impii abscondentur homines cum illi perierint multiplicabuntur iusti

29:1 uiro qui corripientem dura ceruice contemnit repentinus superueniet interitus et eum sanitas non sequitur 29:2 in multiplicatione iustorum laetabitur uulgus cum impii sumserint principatum gemet populus 29:3 uir qui amat sapientiam laetificat patrem suum qui autem nutrit scorta perdet substantiam 29:4 rex iustus erigit terram uir auarus destruet eam 29:5 homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo rete expandit gressibus eius 29:6 peccantem uirum iniquum inuoluet laqueus et iustus laudabit atque gaudebit 29:7 nouit iustus causam pauperum impius ignorat scientiam 29:8 homines pestilentes dissipant ciuitatem sapientes auertunt furorem 29:9 uir sapiens si cum stulto contenderit siue irascatur siue rideat non inueniet requiem 29:10 uiri sanguinum oderunt simplicem iusti quaerunt animam eius 29:11 totum spiritum suum profert stultus sapiens differt et reseruat in posterum 29:12 princeps qui libenter audit uerba mendacii omnes ministros habebit impios 29:13 pauper et creditor obuiam fuerunt sibi utriusque inluminator est Dominus 29:14 rex qui iudicat in ueritate pauperes thronus eius in aeternum firmabitur 29:15 uirga atque correptio tribuet sapientiam puer autem qui dimittitur uoluntati suae confundet matrem suam 29:16 in multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera et iusti ruinas eorum uidebunt 29:17 erudi filium tuum et refrigerabit te et dabit delicias animae tuae 29:18 cum prophetia defece-

## Liber Prouerbiorum

rit dissipabitur populus qui custodit legem beatus est 29:19  
seruus uerbis non potest erudiri quia quod dicis intellegit et  
respondere contemnit 29:20 uidisti hominem uelocem ad  
loquendum stulti magis speranda est quam illius correptio  
29:21 qui delicate a pueritia nutrit seruum suum postea il-  
lum sentiet contumacem 29:22 uir iracundus prouocat rixas  
et qui ad indignandum facilis est erit ad peccata procliuior  
29:23 superbum sequitur humilitas et humilem spiritu susci-  
piet gloria 29:24 qui cum fure partitur odit animam suam  
adiurantem audit et non indicat 29:25 qui timet hominem  
cito corruet qui sperat in Domino subleuabitur 29:26 multi  
requirunt faciem principis et a Domino iudicium egreditur  
singulorum 29:27 abominantur iusti uirum impium et abo-  
minantur impii eos qui in recta sunt uia

30:1 uerba Congregantis filii Vomentis uisio quam locutus  
est uir cum quo est Deus et qui Deo secum morante con-  
fortatus ait 30:2 stultissimus sum uirorum et sapientia ho-  
minum non est mecum 30:3 non didici sapientiam et non  
nou i sanctorum scientiam 30:4 quis ascendit in caelum at-  
que descendit quis continuit spiritum manibus suis quis con-  
ligauit aquas quasi in uestimento quis suscitauit omnes ter-  
minos terrae quod nomen eius et quod nomen filii eius si  
nosti 30:5 omnis sermo Dei ignitus clypeus est speranti-  
bus in se 30:6 ne addas quicquam uerbis illius et arguaris  
inueniarisque mendax 30:7 duo rogauit te ne deneges mihi  
antequam moriar 30:8 uanitatem et uerba mendacia longe  
fac a me mendicitatem et diuitias ne dederis mihi tribue tan-  
tum uictui meo necessaria 30:9 ne forte saturatus inliciar ad  
negandum et dicam quis est Dominus et egestate compulsus  
furer et peierem nomen Dei mei 30:10 ne accuses seruum  
ad dominum suum ne forte maledicat tibi et corruas 30:11  
generatio quae patri suo maledicit et quae non benedicit ma-  
tri suae 30:12 generatio quae sibi munda uidetur et tamen

29:19 A servant will not be corrected by words: for though he understand he will not answer.

29:20 Seest thou a man that is hasty in his words? there is more hope of a fool than of him.

29:21 He that delicately bringeth up his servant from a child shall have him become his son at the length.

29:22 An angry man stirreth up strife, and a furious man aboundeth in transgression.

29:23 A man's pride shall bring him low: but honour shall uphold the humble in spirit.

29:24 Whoso is partner with a thief hateth his own soul: he heareth cursing, and bewrayeth it not.

29:25 The fear of man bringeth a snare: but whoso putteth his trust in the LORD shall be safe.

29:26 Many seek the ruler's favour; but every man's judgment cometh from the LORD.

29:27 An unjust man is an abomination to the just: and he that is upright in the way is abomination to the wicked.

30:1 The words of Agur the son of Jakeh, even the prophecy: the man spake unto Ithiel, even unto Ithiel and Ucal,

30:2 Surely I am more brutish than any man, and have not the understanding of a man.

30:3 I neither learned wisdom, nor have the knowledge of the holy.

30:4 Who hath ascended up into heaven, or descended? who hath gathered the wind in his fists? who hath bound the waters in a garment? who hath established all the ends of the earth? what is his name, and what is his son's name, if thou canst tell?

30:5 Every word of God is pure: he is a shield unto them that put their trust in him.

30:6 Add thou not unto his words, lest he reprove thee, and thou be found a liar.

30:7 Two things have I required of thee; deny me them not before I die:

30:8 Remove far from me vanity and lies: give me neither poverty nor riches; feed me with food convenient for me:

30:9 Lest I be full, and deny thee, and say, Who is the LORD? or lest I be poor, and steal, and take the name of my God in vain.

30:10 Accuse not a servant unto his master, lest he curse thee, and thou be found guilty.

30:11 There is a generation that curseth their father, and doth not bless their mother.

30:12 There is a generation that are pure in their own eyes, and yet is not washed from their filthiness.

# Biblia Sacra Vulgata

30:13 There is a generation, O how lofty are their eyes! and their eyelids are lifted up.

30:14 There is a generation, whose teeth are as swords, and their jaw teeth as knives, to devour the poor from off the earth, and the needy from among men.

30:15 The horseleach hath two daughters, crying, Give, give. There are three things that are never satisfied, yea, four things say not, It is enough:

30:16 The grave; and the barren womb; the earth that is not filled with water; and the fire that saith not, It is enough.

30:17 The eye that mocketh at his father, and despiseth to obey his mother, the ravens of the valley shall pick it out, and the young eagles shall eat it.

30:18 There be three things which are too wonderful for me, yea, four which I know not:

30:19 The way of an eagle in the air; the way of a serpent upon a rock; the way of a ship in the midst of the sea; and the way of a man with a maid.

30:20 Such is the way of an adulterous woman; she eateth, and wipeth her mouth, and saith, I have done no wickedness.

30:21 For three things the earth is disquieted, and for four which it cannot bear:

30:22 For a servant when he reigneth; and a fool when he is filled with meat;

30:23 For an odious woman when she is married; and an handmaid that is heir to her mistress.

30:24 There be four things which are little upon the earth, but they are exceeding wise:

30:25 The ants are a people not strong, yet they prepare their meat in the summer;

30:26 The conies are but a feeble folk, yet make they their houses in the rocks;

30:27 The locusts have no king, yet go they forth all of them by bands;

30:28 The spider taketh hold with her hands, and is in kings' palaces.

30:29 There be three things which go well, yea, four are comely in going:

30:30 A lion which is strongest among beasts, and turneth not away for any;

30:31 A greyhound; an he goat also; and a king, against whom there is no rising up.

30:32 If thou hast done foolishly in lifting up thyself, or if thou hast thought evil, lay thine hand upon thy mouth.

30:33 Surely the churning of milk bringeth forth butter, and the wringing of the nose bringeth forth blood: so the forcing of wrath bringeth forth strife.

non est lota a sordibus suis 30:13 generatio cuius excelsi sunt oculi et palpebrae eius in alta subrectae 30:14 generatio quae pro dentibus gladios habet et commandit molaribus suis ut comedat inopes de terra et pauperes ex hominibus 30:15 sanguisugae duae sunt filiae dicentes adfer adfer tria sunt insaturabilia et quartum quod numquam dicit sufficit 30:16 infernus et os uulvae et terra quae non satiatur aqua ignis uero numquam dicit sufficit 30:17 oculum qui subsannat patrem et qui despicit partum matris suae effodiant corui de torrentibus et comedant illum filii aquilae 30:18 tria sunt difficilia mihi et quartum penitus ignoro 30:19 uiam aquilae in caelo uiam colubri super petram uiam nauis in medio mari et uiam uiri in adulescentula 30:20 talis est uia mulieris adulterae quae comedit et tergens os suum dicit non sum operata malum 30:21 per tria mouetur terra et quartum non potest sustinere 30:22 per seruum cum regnauerit per stultum cum saturatus fuerit cibo 30:23 per odiosam mulierem cum in matrimonio fuerit adsumpta et per ancillam cum heres fuerit dominae suae 30:24 quattuor sunt minima terrae et ipsa sunt sapientiora sapientibus 30:25 formicae populus infirmus quae praeparant in messe cibum sibi 30:26 lepusculus plebs inualida quae conlocat in petra cubile suum 30:27 regem lucusta non habet et egreditur uniuersa per turmas 30:28 stilio manibus nititur et moratur in aedibus regis 30:29 tria sunt quae bene gradiuntur et quartum quod incedit feliciter 30:30 leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum 30:31 gallus succinctus lumbos et aries nec est rex qui resistat ei 30:32 et qui stultus apparuit postquam elatus est in sublime si enim intellexisset ori inposuisset manum 30:33 qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac exprimit butyrum et qui uehementer emungitur elicit sanguinem et qui prouocat iras producit discordias

31:1 The words of king Lemuel, the prophecy that his mother taught him.

31:1 uerba Lamuhel regis uisio qua erudiuit eum mater sua

## Liber Prouerbiorum

31:2 quid dilecte mi quid dilecte uteri mei quid dilecte uotorum meorum 31:3 ne dederis mulieribus substantiam tuam et uias tuas ad delendos reges 31:4 noli regibus o Lamuhel noli regibus dare uinum quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas 31:5 ne forte bibat et obliuiscatur iudiciorum et mutet causam filiorum pauperis 31:6 date siceram maerentibus et uinum his qui amaro sunt animo 31:7 bibant ut obliuiscantur egestatis suae et doloris non recordentur amplius 31:8 aperi os tuum muto et causis omnium filiorum qui pertranseunt 31:9 aperi os tuum decerne quod iustum est et iudica inopem et pauperem 31:10 aleph mulierem fortem quis inueniet procul et de ultimis finibus pretium eius 31:11 beth confidit in ea cor uiri sui et spoliis non indigebit 31:12 gimel reddet ei bonum et non malum omnibus diebus uitae suae 31:13 deleth quaesiuit lanam et linum et operata est consilio manuum suarum 31:14 he facta est quasi nauis institoris de longe portat panem suum 31:15 uau et de nocte surrexit deditque praedam domesticis suis et cibaria ancillis suis 31:16 zai considerauit agrum et emit eum de fructu manuum suarum plantauit uineam 31:17 heth accinxit fortitudine lumbos suos et roborauit brachium suum 31:18 teth gustauit quia bona est negotiatio eius non extinguetur in nocte lucerna illius 31:19 ioth manum suam misit ad fortia et digiti eius adprehenderunt fusum 31:20 caph manum suam aperuit inopi et palmas suas extendit ad pauperem 31:21 lameth non timebit domui suae a frigoribus niuis omnes enim domestici eius uestiti duplicibus 31:22 mem stragulam uestem fecit sibi byssus et purpura indumentum eius 31:23 nun nobilis in portis uir eius quando sederit cum senatoribus terrae 31:24 samech sindonem fecit et uendit et cingulum tradidit Chananeo 31:25 ain fortitudo et decor indumentum eius et ridebit in die nouissimo 31:26 phe os suum aperuit sapientiae et lex clementiae in lingua eius

31:2 What, my son? and what, the son of my womb? and what, the son of my vows?

31:3 Give not thy strength unto women, nor thy ways to that which destroyeth kings.

31:4 It is not for kings, O Lemuel, it is not for kings to drink wine; nor for princes strong drink:

31:5 Lest they drink, and forget the law, and pervert the judgment of any of the afflicted.

31:6 Give strong drink unto him that is ready to perish, and wine unto those that be of heavy hearts.

31:7 Let him drink, and forget his poverty, and remember his misery no more.

31:8 Open thy mouth for the dumb in the cause of all such as are appointed to destruction.

31:9 Open thy mouth, judge righteously, and plead the cause of the poor and needy.

31:10 Who can find a virtuous woman? for her price is far above rubies.

31:11 The heart of her husband doth safely trust in her, so that he shall have no need of spoil.

31:12 She will do him good and not evil all the days of her life.

31:13 She seeketh wool, and flax, and worketh willingly with her hands.

31:14 She is like the merchants' ships; she bringeth her food from afar.

31:15 She riseth also while it is yet night, and giveth meat to her household, and a portion to her maidens.

31:16 She considereth a field, and buyeth it: with the fruit of her hands she planteth a vineyard.

31:17 She girdeth her loins with strength, and strengtheneth her arms.

31:18 She perceiveth that her merchandise is good: her candle goeth not out by night.

31:19 She layeth her hands to the spindle, and her hands hold the distaff.

31:20 She stretcheth out her hand to the poor; yea, she reacheth forth her hands to the needy.

31:21 She is not afraid of the snow for her household: for all her household are clothed with scarlet.

31:22 She maketh herself coverings of tapestry; her clothing is silk and purple.

31:23 Her husband is known in the gates, when he sitteth among the elders of the land.

31:24 She maketh fine linen, and selleth it; and delivereth girdles unto the merchant.

31:25 Strength and honour are her clothing; and she shall rejoice in time to come.

31:26 She openeth her mouth with wisdom; and in her tongue is the law of kindness.

## Biblia Sacra Vulgata

---

31:27 She looketh well to the ways of her household, and eateth not the bread of idleness.

31:28 Her children arise up, and call her blessed; her husband also, and he praiseth her.

31:29 Many daughters have done virtuously, but thou excellest them all.

31:30 Favour is deceitful, and beauty is vain: but a woman that feareth the LORD, she shall be praised.

31:31 Give her of the fruit of her hands; and let her own works praise her in the gates.

31:27 sate considerat semitas domus suae et panem otiosa non comedit 31:28 coph surrexerunt filii eius et beatissimam praedicauerunt uir eius et laudauit eam 31:29 res multae filiae congregauerunt diuitias tu supergressa es uniuersas 31:30 sin fallax gratia et uana est pulchritudo mulier timens Dominum ipsa laudabitur 31:31 thau date ei de fructu manuum suarum et laudent eam in portis opera eius